



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1100. Usque Ad Annum 1143

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1762**

**VD18 90117999**

§. 30. Galonus Parisios translatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66385](#)

Episcopum ordinavit, salvo jure Episcopi Sæcul. XII.  
 Metropolitani, quod ex ipsius epistola ad A.C. 1103.  
 Archiepiscopum Senonensem data, di-  
 spicimus. Fulco, cum non plus annos *Necrol. Pa-*  
*ferme duos Sedem Parisiensem occupas-<sup>rif. ap. Du-</sup>*  
*set, rebus mortalibus eruptus est octava<sup>bois. XI hist.</sup>*  
*c. 4. n. 7.*  
 Aprilis anno millesimo centesimo quarto.

## §. XXX.

*Galonus Parisios translatus.*

Tunc vero Clerici populusque Parisien-  
 sis una voce Galonum, jam prius  
 electum Episcopum Belvacensem, in  
 suum Episcopum depositunt. Quod Ivo  
 Carnotensis testatum facit in Epistola ad  
 Daimbertum, Archiepiscopum Senonensem,  
 data, in qua dicit: *Quia vero Trans-*  
*lationes Episcoporum, si necessarie sint,*  
*auctoritate Metropolitæ & Summi Pon-*  
*tificis dispensatione fieri debent, suademus*  
*vobis, ut a Papa petatis; jubeat ipse bunc*  
*Episcopum a vobis transferri, cum Sedem,*  
*quaे ipsi erat destinata, tenere non possit.*  
 Galonus, cum Romæ esset, a Paschale  
 Papa obtinuit, ut Rex Philippus, adjectis *Ivo. ep. 144.*  
 certis conditionibus, ab excommunica- *Eadm. 4.*  
 tione absolveretur, consensitque Rex, ut *Nov. p. 70.*  
 ipse ad Cathedram Parisiensem transfer-  
 retur. Rediit Romam Galonus anno mil-  
 lesimo centesimo quarto, & Lugdunum  
 divertens Sanctum Anselmum Cantua-  
 riensem salutavit. Sub idem tempus

G 2

Papa

Sæcul. XII. Papa Richardum Episcopum Albanensem  
A.C. 1103. in Franciam misit, ut Regem absolve-  
ret.

## §. XXXI.

## Concilium Trecense.

ep. 141.

Ceterum Paschalis Papa Concilium Tre-  
cis celebrandum indixit, in quam  
Civitatem cum vocaretur Ivo Carnoten-  
sis, literas ad Pontificem dedit in hunc  
modum scriptas: *Quanto dolore olim  
percepi, Regem excommunicari meruisse,  
tanto solatio hodie perciperem, quod a cen-  
sura absolvatur, dummodo ea absolutio ad  
Dei & Sacrae Sedis honorem evenire pos-  
sit. Si Deus cor Regis tangat, suadeo,  
ut Absolutionem solemnri ritu, & Episco-  
pis, quotquot convocare potueris, præsen-  
tibus, pronuncies, sicque non minus ejus  
conversio, quam prius culpa omnibus nota  
fiat. Ceterum ad Concilium indictum me  
conferre cuperem, sed nescio, qua via illuc  
pervenire possim, invito Rege, quem offen-  
sum jam annis decem habeo. Nihilomi-  
nus Ivo illi Concilio interfuit.*

Trecis Patres adfuere frequentissimi.  
Nam advenisse leguntur Manasses Archi-  
episcopus Remensis, Manasses alter Epi-  
scopus Suessionensis, & Hugo Catalau-  
nensis, Daimbertus Senonensis, Ivo Car-  
notensis, Joannes Aurelianensis, Hum-  
baldus Antissiodorensis, Herveus Niver-  
nensis,

Sup. lib.  
LXIV.  
§. 6.

to. 10. Conc.  
p. 704.